



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

P.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

los de futuro in signum benevolentiae, & mutui amoris, sunt omninò licita. Si tamen finis fuerit delectatio, erunt venialia, *lib. 9. disput. 46. nu. 51.*

12. Tactus impudici nullo modo sunt liciti sponsis de futuro, & non sunt permittendi soli, *lib. 9. disp. 46. nu. 52. & 53.*

13. Oscula, & alij tactus in loco publico cum vxore sunt mortalia, quando inducunt praesentes ad venerem, spectata eorum fragilitate, *lib. 9. disp. 13. nu. 2.*

P

Pactum.

PACTUM in sponsalibus appositum habitandi in certo loco, & poena apposita valet, frangenti fidem. Nisi noua recedendi causa superueniat; licet pactum iuramento firmatum sit. Et si nulla veniente causa iusta maritus recedat, vxor non tenetur comitari illum, *lib. 1. disputat. 40. à num. 1. vsque ad 6.* Item valet pactum appositum in primogenijs, vt successor sub poena amissionis maioratus teneatur in certo loco habitare, *ibid. num. 7.*

2. Pactum non petendi, nec reddendi mutuo coniugum consensu validum est. Potest tamè vterque illud remittere, etiam si fuit iuratum in fauorem vtriusq;. Secus si ad Dei cultum. Et nolente altero remittere, alter nò potest eum cogere, nec ille renuens tenetur reddere.

dere, nisi videat alterum poenitere pacti iniri,
& probabiliter in incontinentiam labi. Item
vterque potest petere, & reddere per modum
amicitiæ, non tamen exigere, *lib. 9. disp. 37. de
num. 18. vsque ad 24.*

Papa.

1 Papa nec ex causa potest dispensare in ma-
trimonio consummato, *lib. 2. disputat. 13. num.*
11. Potest tamen dispensare in rato, & non
consummato. Et non potest statuere, vt ma-
trimonium ratum dirimatur per subsequens
copula consummatam, *lib. 2. tota disput. 14.*

2 Probabile est, Papam posse validè dispē-
sare in matrimonio rato absque iusta causa.
Sed probabilius est, non valere dispensationē.
Et existente illa, potest dispensare altero eo-
rum inuito, *lib. 2. tota disp. 15.*

3 Causæ iustæ, vt Papa possit dispensare in
matrimonio rato, sunt sequentes. Prima, no-
tabilis disparitas. Secunda, grauis timor scan-
dali magni futuri. Tertia, lepra alteri superue-
niens, vel impotentia. Quarta, quando alter
coniugatorum asserit, se non habuisse animū
contrahendi. Quinta, vt vir efficiatur Episco-
pus. 6. Mutuus coniugum consensus, *lib. 6. to-
ta disp. 16.*

4 Papa potest dispensare in matrimonio
consummato infidelium, dum ad fidē redeūt,
lib. 2. tota disp. 17.

5 Papa non potest leges Iustiniani repudia-
permittentes, approbare, *lib. 10. disp. 1. nu. 12.*

6 Papa potest existente iusta causa, validè, & iuste imponere impedimenta fidelibus, vt Princeps ecclesiasticus. At infidelibus habitantibus oppida suæ temporali iurisdictioni subdita, vt Princeps sæcularis. Item potest aliquos priuatos reddere inhabiles ad contrahendum inter se iusta existente causa. Et non solum inter se, sed in perpetuum, in grauisissimi delicti pœnam, *lib. 7. tota disp. 1.*

7 Papa potest reuocare suas Constitutiones quoad effectus in eis incurfos indirectè, non tamen directè, *lib. 8. disp. 7. nu. 4.*

Parochus.

1 Parochus non potest matrimonio cõiungere contrahentes alienigenas, vel peregrinos, siue ambo, siue vnus sit, donec ab Ordinario obtineatur licentia. Secus dicendum de non peregrinis, præmissis denũtiationibus, & nullo opposito impedimento. Et si opponatur, nõ potest parochus cognoscere de illo: sed interdiceret tantum matrimonium, & deferre ad Ordinarium, *lib. 3. disp. 15. nu. 1. 2. & 3.*

2 Parochus non potest coniungere matrimonio volentes ducere aliam vxorem contra priora sponsalia; nec prius affirmantem, & post a negantem impedimentum. Poterit tamen adhibere fidem affirmanti, se fictè consensum præstitisse, quando notabilis est disparitas inter promittentem, & recipientem promissionem *lib. 3. disp. 15. nu. 5. 6. & 7.*

3 Parochus sciens impedimentũ extra cõfessio.

ffionem, non debet adhibere fidem volenti
contrahere illud neganti. Secus dicendum
quando constat ex confessione volentis con-
trahere, & nullo modo ex alia parte, vel quan-
do impedimentum est occultum, & nō potest
probari aliā viā. Et debet tunc, & tenetur pe-
tenti publicè matrimonium non denegare, *l. 3.*
disp. 15. nu. 9. 10. & 11.

4 Parochus potest matrimonio coniunge-
re contrahentes impeditos aliquo impedimē-
to, habentes dispensationem pro foro con-
scientiæ nemine denuntiante tale impedimē-
tum. Secus, aliquo denuntiante, *l. 3. disp. 15. nu.*
14. & 15.

5 Contrahens si coram notario, vel Ordi-
nario fateatur, seu manifestet occultum impe-
dimentum, & simul dispensationem pro foro
conscientiæ obtentam, poterit Ordinarius,
vel notarius, non scribere, & persuadere, vt ra-
ceat, *l. 3. disp. 15. nu. 16.*

6 Matrimonium contractum, dispensatio-
ne pro foro conscientiæ obtentā, separandum
est detecto impedimento in foro externo, *l. 3.*
disp. 15. nu. 17.

7 Parochus potest interdixere matrimo-
nium ob doctrinæ Christianæ ignorantiam,
Et prælatus compellere censuris subditos ad
addiscendum eam, & parochos, vt eam inter-
rogent, *libro. 3. disputation. 15. numero. 18.*
& 19.

8 Parochus debet coniungere matrimonio
P 7 in fa-

in facie Ecclesiæ nullum habentes impedimē-
rum. Dicitur autem hodie matrimonium in
facie Ecclesiæ, quod celebratur coram paro-
cho, & duplici teste, & denuntiationibus, *l. 3.
disp. 15. nu. 20.*

9. Parochus, vel religiosi in nouo orbe ex
priuilegio fungentes officio parochi, te-
nentur habere librum, in quo scribant coniu-
gum & testium nomina, locum, & tempus ma-
trimonij contracti, sub culpa mortali. Et quā-
do aliquis de licentia Ordinarij assistit matri-
monio, tenetur admonere parochum, vt scri-
bat in libro, & satis est simplex parochi sub-
scriptio, *l. 3. disp. 25. nu. 22.*

10. Parochus tenetur sub peccato veniali
proferre illa verba Concil. Frid. v. g. (Ego vos
in matrim. coniungo.) Idem dicendum, si illa
non dicat per se. Et tenetur sub culpa mortali
interrogare contrahentes de mutuo consensu,
nempe virum, an velit habere fœminam in v-
xorem, & vice versa. At erit culpa venialis, si
parochus iam constet de consensu. Item tene-
tur sub mortali interrogare, an aliquod impe-
dim. habeant, vbi sit aliqua suspicio impedi-
menti, *l. 3. disp. 38. à n. 7. vsque ad 11.*

11. Parochus non sacerdos potest validè as-
sistere matrimonio peccans ex nullo capite, &
potest dare licentiam alteri sacerdoti. Non
tamen non presbytero. Etiam retentâ contra-
ria opinione, quæ affirmat, necessario parochus
debet esse sacerdotem, *l. 3. tota disp. 20.*

12. Parochus, vel quicumque alius sacerdos regularis, vel secularis assistens matri. clandest. vel non prohibens, est suspendendus arbitrio Episcopi. *l. 3. disp. 48. nu. 1. 2. & 4.*

13. Parochus assistens matrimonio clandestino valido, vel nō impediens, suspendendus est triennio. Idem dicendum de alijs matrimonijs interdictis à iure, vel à iudicē. Secus dicendum de parochio non habente librū, vel non interrogante de consensu. Et alienus sacerdos assistens de licentia est suspendendus non triennio, sed arbitrio Episcopi. Et ab hac suspensione excusat ignorantia crassa: nisi sit ingens temeritas. *l. 3. disp. 48. nu. 5. 6. & 7.*

14. Sacerdos regularis matrimonium solēnizans absque parochi licentia, ultra suspensionem ad nutum Ordinarij, incurrit etiā excommunicationem Pontifici reservatam per Clem. 1. de privileg. *l. 3. disp. 48. nu. 8.*

15. Verus parochus dans licentiam non sacerdoti assistendi matrim. neutram suspensionem incurrit. Idem dicendum de non sacerdote coniungente aliquos matrimonio, absque licentia proprij parochi, *libr. 3. disp. 49. numero 3.*

16. Parochus assistens matrimonio publico absque Episcopi licentia, eorum, qui absque parochio, & testibus contraxerant, non est suspensus; orto tamē scandalo puniendus est poena arbitraria, *l. 3. disp. 46. nu. 1. & 4.*

17. Parochus tenetur in libro notare solius

lius Catechismi patrinum fuisse, puero iã domi baptizato, *l. 7. d. 10. nu. 13.*

18 Parochus assistens matrimonio, in quo est error qualitatis, dans causam matrimonio, non incurrit triennem suspensionem, *l. 7. disp. 18. num. 22.*

19 Parochus assistens matrimonio inter consanguineos, affines, professos, aut sacris initiatos, non incurrit excommunicationem, *l. 7. disp. 48. nu. 4.*

20 Parochus nullo modo potest dispensare in votis non reseruatim Summo Pontifici. Poterit tamen de consuetudine vbi fuerit, in lege ieiunij, in esu carniũ, &c. *lib. 8. disputat. 9. num. 27.*

21 Parochus incapax beneficij ob defectum occultum communiter ignoratum: vel confessor, cuius licetia est irrita ob vitiũ occultũ, vel licentia occulte reuocata est eligibilis per Bullam, *libro. 8. disput. 34. num. 14.*

Pater.

1 Pater non potest iustè impedire sponsalia filij contra eius voluntatem irrita, nisi scandalum magnum sequatur, & malus exitus, *lib. 1. disp. 14. nu. 4.*

2 Pater contrahens secundò, aut mater, potest facere exemplarem substitutionem, & facta antea non expirat, *lib. 7. disp. 88. à nu. 12. vsq. ad 26.*

3 Pater rogatus ab alio restituere hæreditatem filijs, tenetur satisfacere de ea restituenda, *si se-*

si secundam uxorem ducat, *lib. 7. disputat. 88. num. 45.*

Patrinus.

1 Patrini attento iure antiquo, tam in Baptismo, quam in Confirmatione, non poterant esse plures, quam vnus vel vna: attento verò iure nouo, tantum possunt esse duo diuersi sexus, & non possunt esse duo viri, vel due feminae. Et in his non valet dispensatio Episcopi. Transgressio tamen huius præcepti adhibendo plures patrilinos, est solum venialis, attento vtroque iure, *lib. 7. disp. 57. à num. 1. usq. ad 9.*

2 Attento iure antiquo, quotquot baptizatum, vel confirmatum tangebant, contrahabant cognationem spiritualem, modo verò post Trid. minimè, *lib. 7. disput. 57. numer. 4. & 8.*

3 Patrino iuranti se non habuisse intentionem contrahendæ paternitatis, non est credendum, *l. 7. disp. 58. nu. 8.*

4 Religiosi quamuis peccent, possunt esse patrilini tam in Baptismo, quam in Confirmatione. Et contrahunt cognationem. Similiter Episcopus non insignitus sacramento Confirmationis, quamuis suscipiens in Confirmatione non contrahat, at contrahat confirmans, *lib. 7. disp. 60. nu. 21.*

Peregrinus.

1 Peregrini tenentur legibus loci, in quo sedem constituunt animo habitandi, vel quando di-

do diuertunt per modum transitus: si consuetudines, & leges sui oppidi ibi obligent, vel si oriatur scandalum. Sec. dic. de legibus & consuet. loci per quem transeunt, vel in quo per modum hospitij reperiuntur cessante scandalo. Et istæ leges non obligant in suo domicilio, licet sint iuris communis leges ipsæ, & non obligantes in suo oppido. Et vt peregrini teneantur talibus legibus, sufficit habitatio maioris anni partis, *libr. 3. disput. 18. à numer. 1. vsque ad 9.*

2 Peregrini tenentur solemnitates seruare in contractu requisitas legibus & consuetudinibus oppidi, nisi sit contractus doris. Item tenentur ad gabellas loci illius, & seruare pragmaticam illius in vendendo. Item tenentur seruare leges quascumq; loci, per quem transeunt, si transgressio legum cedat in damnũ illius loci, *l. 3. d. 18. à nu. 10. vsque ad 14.*

3 Vagi, qui nullibi certam sedem habent, tenentur ad leges, & consuet. loci, in quo etiam obiter reperiuntur, *libr. 3. disput. 18. numero. 15.*

4 Peregrini absentes à loco domicilij, non tenentur ad leges, & consuetud. proprij domicilij, licet sint iuris communis, & obligent in patria peregrini, non tamen in eo oppido, in quo reperiuntur, *libro. 3. disput. 18. numer. 17. & 18.*

5 Lusitanus transiens per Castellam potest cibis vt iuxta Castellæ consuetud. in sabbato aduer-

aduersus contrariam Lusitaniæ, *lib. 3 disp. 18. num. 19.*

6 Græcus transiens per Ecclesiam Latinam potest in fermentato celebrare, vel in azymo iuxta morem Ecclesiæ Latinæ. Idem dicendū de Latino sacerdote transeunte per Ecclesiam Græcam. Et si inueniantur inter Latinos aliqua Ecclesiæ Græcæ, tenetur vnusquisq; suæ Ecclesiæ vsum seruare, *l. 3. d. 18. nu. 20.*

7 Proficiscens in die festo ad locum, vbi id festum non obligat, gratiâ exercendi seruilia, non peccat, nec tenetur audire sacrum, si intra tempus opportunum ad audiendum sit peruenturus ad locum, in quo festum non obseruatur, *l. 3. disp. 18. nu. 21.*

8 A proprio oppido exiens manè in quo seruatur ieiunium, nocteq; in locum peruenturus, in quo ieiunium non obligat, non solū potest nocte cœnare, & carnibus vesci, si ibi edantur, quamuis totâ die ieiunasset: sed etiam manè ientaculum sumere, si est moralis certitudo de profectioe, & accessu illâ die ad locum, vbi ieiunium non obligat. Nullo modo tamen poterit carnibus vesci, donec eo perueniat, *l. 3. disp. 18. nu. 22.*

9 Exiens à loco, vbi non ieiunatur, carnesq; eduntur, potest manè eas edere, quamuis nocte peruenturus sit ad domicilium, vbi à carnibus abstinetur, & ieiunatur. Vbi autem peruenierit, nequit carnib. vesci, nec cœnare, si nō dum ieiuniū fregerat: secus, si iâ fregerat, *l. 3. d. 18. nu. 23.*

10 In-

10. Incolæ locorum, in quibus decretum Trident. non obligat, diuertentes ad alia oppida per modum transitus, & hospitij, vbi obligat hoc decretum, non possunt absque parochio, & testibus validè contrahere matrimonium, *l. 3. disp. 18. nu. 26.*

11. Incolæ locorum, vbi Trid. obligat, habitantes per modum transitus in loco, vbi nõ obligat, possunt validè contrahere sine parochio, & testibus, quamuis in fraudem transeant ad talia loca. *lib. 3. disp. 18. n. 29.* Idem dicendum de captiuis, & mercatoribus existentibus, apud infideles, *ibid. num. 35.*

Pictor.

1. Pingens turpia, vt Venerem, aut Adonidem, delectis pudendis, aut diaphano velo operis, est culpa mortalis, *lib. 9. disputat. 46. numer. 44.*

Pœna.

1. Pœna adiecta contractui sponsalium diminuens proprium patrimonium est omnino irrita. Et violans fidem, non tenetur in vtroque foro eam soluere, licet sic apposta inter consanguineos, amicos, vel eos, qui probabiliter possunt inducere sponfos ad matrimonium, nec pœnam amittant. Secus de pœna non inducente necessitatem matrimonij, vt quando parentes promittunt sub certa pœna se facturos, vel absolutè matrimonium filiorum, *lib. 1. disp. 30. à nu. 1. vsq. ad 4.*

2. Pœna apposta ipsis sponfis inter extraneos

neos absque dolo, & nomine proprio ex suis bonis soluenda, est valida. Secus interueniente mandato parentum, vel sponforum, *l. i. disp. 30. nu. 5.*

3 Promissio pœnæ facta inter sponsum, & extraneum, non valet: vt si sponsus promittat pœnam, nisi perfecerit sponsalia. Secus, si extraneus promittit sponso, vel contrahenti, *lib. i. disp. 30. num. 6.*

Promissio pœnæ facta inter extraneos non deducens sponsalia per viam principalis obligationis, sed per modum cuiusdam conditionis ad pœnam, valet. Idem, si deducant in pactum sponsalia per modum principalis obligationis, & pœnam, vt tali obligationi accessoriam, *l. i. disp. 30. nu. 7.*

5 Pœna circa conditionem non contrahendi apposta, non valet, etiam de matrimonio contracto dissoluendo. Secus de pœna favore matrimonij, *lib. i. disputat. 30. numer. 8. 9. & 10.*

6 Pœna, licet sit modica, attentâ contrahentium qualitate, non valet. Et expensæ factæ ratione sponsalium peti possunt ratione iniustitiæ à violante fidem admissæ, licet ipsa promissio esset inualida. Promissio tamen soluendi interesse, sub nomine interesse, est valida, quamuis non valeat sub nomine pœnæ, *l. i. disp. 30. nu. 11. 15. & 16.*

7 Recipiens pœnam adiectam contractui sponsalium, non tenetur restituere ante con-

dem-

demnationem indicis, *lib. 1. tota disp. 31.* Idem dic de amissis ludo ad creditum, *ibid.* Et iurâs soluendi illa non potest habere relaxationem ab Epif. nec satisfacere momentaneâ solutione. Nec potest repetere, *libro. 1. disputat. 31. num. 25.*

8 Promis. pœnæ adiectæ sponf. contract. non confirmatur iuramento, etiamsi sit modica, nec iuramentum obligat, nec indiget relaxatione, *l. 1. disp. 4. nu. 21. & 22.*

9 Pœna est annullatio actus, quando inducit nullitatem ob solam legis prohibitionem, & in odium transgredientis. Secus, quando ob defectum solemnitatis non obseruata, *lib. 3. disp. 4. nu. 9.*

10 Matrimonium celebratum corâ parocho & testibus, omissis denuntiacionibus, dicitur clandestinum quoad eius pœnas incurrendas, licet celebretur publicè, sciente maiori parte vicinâ, *l. 3. di. 1. à n. 5. vsq. ad 11.* Secus dic. quâdo matrim. cland. fuit nullum ratione alicuius impedimenti, metus, vel defectus ætatis, *lib. 3. d. 2. à n. 3. vsq. ad finem.*

11 Pœnæ contrahentium clandestinæ sunt hæc. 1. Est inhabilitas ad clam contrahendum. 2. Est arbitraria. 3. In aliquibus dicitur esse excommunicatio. 4. Exhæredatio. Vltima est, quod coniuges tradantur consanguineis propinquiorib. vxoris in seruitutem perpetuam, quæ iam non habet locum, *libro 3. tota disputat. 46.*

12 Testes clandestini matrim. omissis solis denuntiationibus non sunt puniendi, quia nec parochi, nec contrahent. est talis pœna posita, *ibid. nu. 8.*

13 Constitutio Synodalis Salmantina, quâ excommunicantur in ipso iure clam contrahentes, caneturq; hos excommunicatos ante denuntiationem vitandos esse, est nulla, & nō seruanda, *ibid. nu. 10.*

14 Pœna, quâ coniuges se obligant ad abstinentiam à secundo coniugio: vel votū pœnale, quod quis emittit, si non impleuerit fidem, valida est, *lib. 7. d. 88. nu. 37.*

15 Pœna à testatore imposita debetur, ac incurritur in conscientia ante iudicis sententiam. Vade coniux cui vsusfructus, vel aliud legatum relictum est, tenetur in conscientia tale restituere hæredibus, si non seruat conditionem, quantumuis occultè non pareat conditioni, *l. 7. d. 91. nu. 2. 3. & 4.*

16 Pœnæ à testatoribus impositæ in suis testamentis, transeuntibus ad secundas nuptias, non sunt iure canonico correctæ, *l. 7. dis. 91. num. 1.*

Præceptum.

1 Nullum est præceptum iuris diuini in lege Euangelica, quin sit etiã iuris naturæ, demptis præceptis fidei, & sacramentorum, *lib. 7. dis. 52. nu. 2.*

2 Inferior, quamuis non possit præceptum, ac legē tollere, tamē potest illud adiuuare, imponens

ponens

ponens nouas pœnas in illius violatores, *lib. 3. disp. 47. nu. 12.*

Præsumptio.

1 Præsumptio triplex est. Quædam hominis, quæ est coniectatio in animo iudicis, vel cuiuscumque hominis ex varijs coniecturis concepta. Alia est iuris, quæ est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, iure præscripto, quæ, contrario non probato, pro veritate habetur, ac onus probandi in aduersariũ transfert. Alia iuris, & de iure, quam lex tanquam firmum ius inducit, ita vt aduersus illã nulla probatio admittatur, nisi indirecta. Dicitur talis, quando lex non tantum præsumit, sed etiam statuit, *lib. 7. disp. 37. nu. 7. & 8.* Præsumptione iuris, & de iure potest condemnari denegatã appellatione, *ibid. num. 21.* Datur tamen probatio, & restitutio in integrũ, in iudicio extraordinario, in ordinario verò minimè. *ibid. nu. 22.*

2 Standum est præsumptioni iuris in veroque foro, quando quis dubitat, an contrariam intentionem habuerit, *lib. 7. disputation. 37. num. 12.*

3 Præsumptio iuris, & de iure, nequit exactibus futuris sumi, sed ex solis præteritis, *li. 7. disp. 88. num. 7.*

Princeps.

1 Princeps sæcularis, siue fidelis potest suis subditis impedimenta matrimonium dirimẽtia statuere. Potest tamen Ecclesia sibi reser-

uare talem iurisdictionem, sicut de facto re-
seruat hodie. Respublica tamen Hebræorum
non potest talia impedimenta statuere, *lib. 7.
tota disp. 3.*

Priuilegium.

1 Priuilegium, cuius ratio inest vni soli, &
inde ad alios deriuatur, eo mortuo cessat, *lib. 7.
disp. 47. nu. 4.*

2 Ex priuilegio Gregorij 13. concessio die 3.
Aprilis. 1582. possunt sacerdotes Societatis Ie-
su designati per Generalem, aut eius licentia
per alios superiores, & à locorum Ordinarijs
approbati, vel approbandi etiam nullo gradu
insigniti, literas sacræ pœnitentiariæ doctori-
bus vel magistris destinatas, & auditis confes-
sionibus recurrentium ad ipsos imposita illis
pœnitentia in literis expressa, vel de re infligē-
da, eos absoluerè, ac in foro conscientiaë qual-
cumque sibi verbo, vel scripto commissas ab-
solutions, dispensationes, & pœnitentiarum
inunctiones excipere, & exequi, *lib. 8. disput.
34. nu. 11.*

3 Priuilegium omnino gratis à principe
concessum, potest absque causa ab eo, vel suc-
cessore reuocari; nisi per illud sit acquisitum
ius alicuius rei. Item quando priuilegium trā-
sit in contractum, non potest absq; iusta causa
reuocari, existenti tamen illa potest. Non suf-
ficic tamē generalis reuocatio. Et princeps re-
uocans ex iusta causa tenetur recompenratio-
nem facere dato æquiualehti, *li. 8. disp. 33. à n. 1.
vsque ad 9.*

Q

4 Piu-

4 Princeps absque causa iusta non potest reuocare priuilegium in meritorum remunerationem alicui concessum, quamuis sola gratitudinis lege remuneratio debita sit. Idem dicendum de priuilegio non subdito concessio, & acceptato. Secus dicendum de reuocatione iurisdictionis, *lib. 8. disp. 33. nu. 4. 5. & 6.*

Probatio.

1 Probatio ad dissoluendum matrimonium exigit duos testes omni exceptione maiores: nisi agatur de impedimento ratione consanguinitatis, vnde non sufficit fama solum, *lib. 2. disp. 45. nu. 30. 31. & 32.*

2 Confessio vtriusque coniugis, vel vnius stantis pro matrimonio, bene probat impedimentum, si ad sit fama illius. Et quando sufficit confessio vtriusque stantis pro matrimonio sine fama, relinquatur arbitrio iudicis propter periculum collusionis, *lib. 2. disput. 45. num. 34. & 35.*

3 Confessio vtriusque sufficit ad diuortium. Item confessioni vtriusque standum est, quando de probando matrimonio inter aliquos tractatur ad euitandam concubitus pœnam. Secus dicendum, si id matrimonium sit contra aliud prius contractum, *lib. 2. disp. 45. nu. 36. & 37.*

4 Probatio mortis, vt alter coniux possit contrahere, est certus nuntius, aut testes, ita vt iudicio prudentis non tantum probabilis, sed certa iudicetur mors, quæ probatio relinqu-

etur arbitrio. Item testes possunt non citata parte examinari. Non sufficit tamen vnus testis, nisi casu quo coniux obierit in loco ita distanti, vt facile nequeant alia probationes haberi, lib. 2. disp. 47. à nu. 1. vsque ad 12.

5 Fama per sola non sufficit ad probandam mortem, nisi cum sex conditionibus. 1. est, vt duplici teste proberur. 2. quòd testes sint omni exceptione maiores, deponantque audiuisse à fide dignis. 3. vt concurrat causa rationalis, ex qua fama orta est. 4. est, vt testes deponant, se audiuisse publicè à maiori populi parte: nec sat erit dicere se audiuisse publicè. 5. conditio est, vt deponant testes à quibus personis fama ortum habuerit, & à quibus ipsi audierint. Nisi fama ex coniecturis probabilibus confirmaretur, & de fama magnus testium numerus, vt septem, vel decem, deponat. Vltima conditio est, vt testes de fama deponentes asserant, rem ita se habere credere. At testes non compelluntur iurare, sed absque iuramento valet eorum dictum, lib. 2. disp. 46. à num. 13. vsque ad 17.

Professio, & Professus.

1 Professio ficta, aut metu extorta potest solo actu interno ratificari, lib. 2. disp. 32. nu. 14. Secus dicendum de professione nulla ex parte monasterij, eod. lib. disp. 35. nu. 4.

2 Metus reuerentialis non annullat professionem, sicut nec matrimonium, lib. 4. disp. 6. num. 18. & 18.

Q 2

3 Pro-

3 Professus fictè non tenentur iurare profiteri ratione Ecclesiæ sententiæ fundatæ in falsa præsumptione, sed ratione scandali, atque ita eo fugere potest, vbi scandalum vitatur, *lib. 2. disp. 39. nu. 11.*

4 Professio non est irrita, quamvis ex dolo & errore causæ finalis fiat, alias minimè facièda; secùs dicendum de errore circa substantia- lia, *lib. 9. disp. 10. à nu. 18. vsque ad 2.*

5 Professio facta à coniuge existimantè di- uortium esse iustè celebratum, valida est, *lib. 10. disp. 9. nu. 23.*

6 Professio tacentis morbum, est valida, quamvis eo detecto non admitteretur. Peccat tamen mortaliter sic professionem faciens, & potest expelli à religione. Quod intellige non existenti statuto pontificio eam irritanti, *lib. 7. disp. 37 nu. 53.*

7 Professio irrita ratificanda exigit consè- sum nouum professi scientis priorem fuisse ir- ritam. Non tamè exigitur noua superioris ac- ceptatio, nec sunt reperendæ cæremoniæ soli- tæ adhiberi, *lib. 7. disput. 37. à num. 59. vsque ad 66.*

8 Professio facta in religionibus militari- bus non transacto anno nouitiatus valida est, *lib. 7. disp. 44. nu. 8.*

9 Vt sit licita professio religionis coniugi post matrimonium consummatum, non so- lùm requiritur licètia manentis in sæculo, sed requiritur, quòd manens sit senex sine incon- tinentiæ

continentiæ suspitione. Item requiritur votum castitatis, quod non dirimit matrimonium subsequens mortuo coniuge. Si autem manens in sæculo sit iuuenis, id non sufficit, sed opus est, ut pariter ingrediatur religionem, & profiteatur. Non tamen requiritur licentia Episcopi *lib. 7. disp. 32. à nu. 1. vsque ad 8.*

10. Votum senis suspecti de incontinentiâ non sufficit, ut alter profiteatur. Nec votum iuuenis, quamuis ita vitæ honestæ sit, ut nullum incontinentiæ periculum subfit. Nec etiam votum senis non suspectæ de incontinentiâ, sed suspectæ de alijs peruersis moribus, *lib. 7. disp. 32. à nu. 9. vsque ad 11.*

11. Coniux senex relictus in sæculo cum continentiæ voto, id non seruans post viri professionem, sed viuens incontinenter, non est cogendus ingredi religionem, *lib. 7. disputat. 32. num. 12.*

12. Coniux egressus ante professionem reddendus est coniugi, de cuius legitima licentia, voto castitatis emisso, ingressus fuerat. Idem tamen votum non adhuc obligat manentem in sæculo, nisi independentem à professione vouisset, *lib. 7. disp. 32. nu. 13.*

13. Si alter coniux absque alterius licentia professionem faciat, ac manens in sæculo ratificare velit, non indiget ingressu religionis, quamuis iuuenis sit, sed satis est in sæculo castitatem vouere, *lib. 7. disp. 32. nu. 14.*

14. Coniux sexagenarius vir, & foemina

Q 3

quin-

quingagenaria, sunt senes, vt possint in sæculo manere astricti castitatis voto, vt alter coniux legitimè ad religionem transeat, *lib. 7. disp. 32. nu. 17.*

15 Professio facta absque coniugis licentia post consummatum matrimonium, est omnino nulla, & nullius momenti, & potest reuocari à coniuge autoritate iudicis, & nõ tenetur post obitum coniugis ad religionem redire, *lib. 7. disp. 34. à nu. 6. vsque ad 13.*

16 Coniux sine licentia professus potest propria autoritate religionem deserere, altero non repetente, *lib. 7. disp. 34. nu. 15.*

17 Coniuge, sine cuius licentia professio facta est, consensum præstante illi professioni, non redditur ea valida, sed potest in foro conscientie exire, non obstante consensu manentis in sæculo, & potest repeti, *libro. 7. disp. 34. nu. 16.*

18 Coniux in sæculo relictus, altero absque eius licentia professo, non potest quoque inuito professo religionem ingredi, & si ingrediatur potest reuocari, *lib. 7. disp. 34. nu. 23.*

19 Si vterque coniux, mutua licentia non obrenta, profiteatur, valet professio, quando vterque fuit conscius. Secus, si fuit ignarus, *lib. 7. disp. 34. nu. 24.*

20 Professio de licentia spontanea alterius emissa inuentis in sæculo cum voto, vel sine illo, est valida. Et si hic professus à monasterio reuocatus, deficientibus aliquibus iurere-

qui

quisitis, tenetur ad monasterium redire defuncto coniuge, *libr. 7. disput. 33. à num. 1. vsque ad 7.*

12 Professus validè absque iure petitis in cōiuge manente in sæculo, nō potest reuocari à coniuge ex cuius licētia professus est, quādo emisit votum. Et idem quando non emisit conscia vxor manens in sæculo iuris disponētis virum non posse profiteri nisi ipsa concedens licentiam voueat castitatem, si sit senex, & si iuuenis ingrediatur religionem. Secus si iuris inscia erat. Et casu quo potest reuocari, non conceditur iure actionis, sed ex solo iudicis officio, cuius est consulere periculo incontinentiæ. Item dum coniux non est professus, potest licentia à coniuge concedente reuocari, & post reuocationem nil tenebit, *lib. 7. disp. 33. à nu. 18. vsque ad 19.*

22 Coniux manens in sæculo, nullo facto voto, si est senex, & nulla data suspitione, ad nihil cogendus, & potest manere in sæculo. & professio est legitima de eius licētia facta, casu quo non datur reuocatio iuxta dicta. Si tamen coniux manens in sæculo fuerit iuuenis, aut suspectus de incontinentia, tunc cogendus profiteri, si tale votum emisit. Si tamē votum vouit continentia, dando licentiam proficiendi, si erat ignara iuris petentis professionem ipsius, non cogetur profiteri, sed tantum includetur in monasterio, vt à vagationibus arceatur. Si verò erat conscia iuris, cogetur
 Q 4 pro-

profiteri, *lib. 7. disputat. 33. à num. 24. vsque ad 28.*

23 Professio facta cum metu cadenti in constantem virum extorta, est nulla. Secus dicendum de metu leui. Idem dicendum, si fuit extorta dolo graui; & potest reuocari, *lib. 7. disp. 35. à nu. 1. vsque ad 12.*

24 Professio facta cum dissimulatione potentis reclamare, & toto vitæ spatio dissimulantis, est rata, & valida, *lib. 7. disp. 35. nu. 15.*

25 Professus absque coniugis licentia non potest postea altero fornicanti reperi, si ipse professus innocens sit, & potest exire à monasterio, ac condonata iniuria adulterij vxorem sibi reconciliare, nisi ante professionem fuisset vxor fornicata, *lib. 7. tota disp. 36.*

26 Professus coniugatus sine legitima licentia durante matrimonio potest reclamare post quinquennium. Cessante tamen impedimento, eo quòd coniux manens in sæculo consensum præbuit, aut fornicatur, aut mortua est, vt conualescat professio, necessaria est ratificatio ipsius cognita nullitate, & acceptatio religionis sciētis, alteram fuisse nullam. Secus dicendum de repetitione nouitiatus, *li. 7. disp. 37. nu. 69. & 70.*

27 In Trid. Sess. 25. de regularibus *cap. 19.* vt liceat contra professionem tacitam, aut expressam reclamare, petuntur tres conditiones. Prima: Ne deponat habitum ante reclamationem, nisi iustam causam habeat. Secunda: Vt
cau-

causas quas, præ tendit coram superiore, & Ordinario deducat. Tertia: Ut id sit intra quinquennium à die professionis siue tacitæ, siue expressæ numerandū. Quod decretū fundatur præsumptione ratificationis professionis factæ per illud quinquennium. Quæ præsumptio est iuris, & de iure, & hoc quinquennium est cōtinuum, atque adeo à die professionis currit, non obstanti ignorantia, aut alio impedimento facti. Tamē transacto quinquēnio, cōpetit in integrum restitutio ratione iustæ ignorantie, non crassæ, aut impedimenti ad reclamandum. Et hoc non solum minori ratione fragilis ætatis, sed etiam maiori ex clausula generali (si qua mihi iusta causa,) *lib. 7. disp. 37. à nu. r. vsque ad 29.*

28. Decretum Trid. *Sess. 25. de reg. cap. 19.* non intelligitur de laborantibus impedimento temporali permanente toto illo quinquēnio. Nec comprehendit perpetuò inhabiles ad profitendum, *lib. 7. disputat. 37. à num. 30. vsque ad 35.*

29. Inualidè professus, & transacto iã quinquēnio, est destitutus omni remedio ad reclamandum. Teneatur autem professionem ratificare, aut oblata commoda fugiendi occasione in partes remotas ire, vbi sine scandalo viuere possit. Quando verò bona fide inualidè professus est, non teneatur ratam habere, *lib. 7. disput. 37. à nu. 36. vsque ad 44.*

30. Inualidè professus, siue bona, siue malè fide,

Q 5

fide,

fide, non tenetur quid reparare quoad facta respectu temporis præteriti. Si verò loquamur de in posterum faciendis, tenetur secretè pro foro conscientie dispensationem impetrare, vt retineat locum, ac cætera priuilegia antiquitati prioris professionis irritæ debita, *lib. 7. disp. 37. à nu. 67. vsque ad 68.*

Promissio.

1. Promissio merè interna, homini facta, nõ sufficit ad sponsalia; nec stante iure positiuo; nec attento iure nature obligat. Et sic potest reuocari, *lib. 1. disp. 3. tota.*

2. Promissio mutua requiritur ad sponsalia. Item sufficit repromittere saltem tacitè, per signa manifestantia repromissionem. Et vt cõteatur repromissio, non sufficit sola acceptatio promissionis, dicendo, *placet*; vel *accepto*, vel *gratias tibi ago*, *lib. 1. disp. 3. num. 1. & 5.*

3. Promissio acceptata sine repromissione, gratis & liberaliter facta solum promittentem obligat: nisi acceptans differat diu repromissionem. Secus dicendum de promissione respectiua, & per modum contractus facta, dum non accedit repromissio, *lib. 1. disput. 5. num. 12. & 14.*

4. Ex promissione gratuita cum repromissione etiam gratuita consurgunt sponsalia, *lib. 1. disp. 5. nu. 13.* Promissio autem gratuita dicitur, quãdo non agitur de re promissa, sed promittitur ob aliquod beneficium. Secus quãdo agebatur; tunc enim est respectiua, *ibid. nu. 15.*

5. Pro

5 Promissio non mutua, scilicet simplex, acceptata facta animo se obligandi ex genere suo, obligat ex iustitia, & sub mortali; nisi rei promissæ paruitas excuset; & res sint notabiliter mutata, *lib. 1. disp. 5. nu. 20. 21. & 23.*

6 Materia grauis in promissione simplici, vt eius violatio sit mortalis, requiritur quadruplo maior materia, quàm in furto, *l. 1. disp. 3. nu. 24.*

7 Promittens liberaliter vnum sacrum animo se obligandi, si omittat, non peccat mortaliter. Non est tamen simile de voto, *l. 1. disp. 5. num. 25.*

8 Promissio quæcumque sit, siue donatio, vel quicumque contractus in absentia celebratus est reuocabilis ante absentis acceptationem, siue stado in iure communi, siue in iure Regio Castellæ, *lib. 1. disp. 6. nu. 2.* Idem dicendum de iure naturali, *nu. 10.* Quamuis talis promissio, vel donatio fiat fauore causæ piæ, dummodo animus promittētis feratur in rem creatam, & non in Deum; quia tunc obligabit, vt votum, *num. 16. & 17.* Idem dicendum de promissione matrimonij contrahendi, *numer. 24. & 25.*

9 Donatio, siue promissio facta absenti, vt sit irreuocabilis, debet esse intimata per nuntium ad id destinatum siue per epistolam, & acceptata coram illo, & non sufficit acceptatio donatarij collata in promittentis arbitrium, (vt, si volucris accepto) *lib. 1. disput. 6. num. 3.*

§ 4. Idem dicendum de promissione contrahendi matrimonium, *ibid. nu. 28.*

10. Promissio non potest acceptari mortuo iam promittente, quando non missus erat nūtrius intimari. Secus, si iam missus erat. At hæredes iam mortui donatarij possunt acceptare, *lib. 1. disp. 6. nu. 5. § 6.*

11. Promissio facta præsentem, & tacentem, est irreuocabilis. Idem dicendum de promissione facta infanti. Et idem de promissione matrimonij, *lib. 1. disp. 6. nu. 10. § 15.* Et quando constat, an donatarius fuerit præsentem, necne, de iure non præsumitur præsentem, *ibid. num. 10.*

12. Quando promissio matrimonij est respectiua, quamuis pia sit, potest reuocari ante acceptationem absentis, quocumque pro absente stipulante. Idem dicendum, si promissio fiat nuntio missio ad petendam matrimonij spōsionem. Secus dicendum, si mittatur nuntius non tantum ad petendam matrimonij promissionem, sed etiam ad intimandam: & coram illo sit repromissio facta, quia non sufficit fieri coram quocumque alio, *lib. 1. disp. 7. à nu. 31. vsque ad 35.*

13. Promissio in absentia facta gratuite coram personis, quæ nomine absentis possunt stipulari, nõ potest reuocari illo præsentem in nomine absentis stipulante, & promissio fiat per verba directa in præsentem, vel per verba impersonalia, Secus, si verba dirigantur in absentem.

sentem. Et stipulans casu quo potest, non potest remittere hanc sponsonem, *lib. 1. dis. 7. nu. 36. & 37.*

14 Quando promissio matrimonij facta absenti est causa piã, si verba promissionis ferantur in presentem stipulante presente, nomine absentis, non potest reuocari, quando promissio est gratuita. Item in omnibus casibus in quib. promissio matrimonij facta absenti potest reuocari, potest etiam, licet adsit iuramentum de non reuocando, nisi fiat per modum voti, casu quo potest matrimonium esse materia voti, *libro. 1. disputation. 7. numero. 38. & 39.*

15 Promissio debet esse deliberata ad votum, sponsalia, vel ad quamcunque promissionem v. g. ea deliberatione, quæ sufficit ad peccatum mortale. Nec est signum certum defectus deliberationis, si statim pœniteat, *l. 1. disp. 8. num. 5.* Et promittens debet præmeditari causam, nempe, iram, angustiam morbi, belli, vel aliam passionem, & amorem impellentem, & finem, quem intendit, *ibidem, numero. 7.*

16 Promissio facta animo se obligandi, non tamen adimplendi, obligat, & ex ea oriuntur vera sponsalia. Idem dicendum, si promittens habuit se negatiue non habens explicitè animum se obligandi: habens tamen implicitè, & virtutè, conscius promissionis naturæ. Secus dicendum, quando nec implicitè, nec explicitè. Item

tè. Item quando promittens tempore fidelitatis habuit animum se obligandi, quamvis fides data statim habeat contrarium, oriuntur vera sponsalia, *libro. 1. disputation. 9. numero. 1. & 2.*

17 Promissio facta animo promittendi, non tamen se obligandi, non obligat, nec ex ea oriuntur sponsalia. Si tamen habuit animum se obligandi solum ad veniale, erunt sponsalia vera. Item promissio cum animo promittendi, non tamen se obligandi iurata non obligat, nec firmatur iuramento, *lib. 1. disp. 9. à num. 5. usque ad 9.*

18 Fictè promittens matrimonium, & sub ea spe deflorans virginem, tenetur sub culpa lethali eam ducere, licet promissio non sit mutua. Nisi vir notabiliter conditione excedat. Quæ disparitas iudicanda est arbitrio prudentis, & fœmina ex verbis, aut alijs claris contenturis facillè potuisset nosse animum facilem promittentis, & timeatur ex eo matrimonio scandalum magnū, vel malus exitus, & fœmina decipiat virum, dicendo esse virginē, vel existimabat, eam esse virginē. Nec tunc tenetur illi restituere aliquid. Idem dicendum si cum alio fornicatur iam deflorata, *l. 1. disp. 10. à num. 2. usque ad 13.*

19 Fictè promittens virgini tantum habens tactus cum ea, non tenetur eam ducere, sed alio modo restituere. Item non tenetur non ducere, sed providere de nuptijs fœminæ.

deflo-

defloratæ, quando sacris initiatus est, vel alteri matrimonio copulatus, *lib. I. disp. 10. nu. 14.*
 § 15.

20 Vir notabiliter dignior, & præbens indicia ficti consensus, ita ut facile posset præsumere dolum, non tenetur deflorans ea ficta promissione ei aliquid restituere. Si tamen femina ignoravit excessum, aut si nouit, taliter ei promisit deflorator, ut prudenter credere potuisset, verè promittere, fictus promissor tenetur restituere, instar vi, vel fraude deflorantis, non tamen ducere, *lib. I. disp. 10. nu. 20.*
 § 21.

21 Fictè promittens matrimonium feminae corruptæ, quam nouit corruptam, si tradat corpus, & sub hac conditione, illa tradidit ei corpus, & uterque paris conditionis sint, non tenetur ducere: nisi sit vidua bonæ famæ, & infamiam contrahat ex copula, *lib. I. disp. 10. nu. 23. & 24.*

22 Quando sponsalia contrahentes sunt æquales, & alter verè promittit, fictus promissor non tenetur contrahere, quando nullum aliud damnum præter violatam fidem sequitur, *lib. I. disp. 10. nu. 26.*

23 Quando fictus promissor non tenetur ducere, potest rogatus à iudice negare promissionem. Idem dicendum, quoties aliquis verè promisit matrimonium, non tamen tenetur seruare fidem ob aliquam causam etiam iurando, intelligendo, ita ut non teneatur,
libro.

libro. 1. disputationum. 10. numero. 27. & 28.

24 Promissio inter impares de ineundo matrimonio, vero animo inita, valida est, nisi magnum scandalum ex eo matrimonio, timeatur, licet non sit inter illos disparitas, *lib. 1. disp. 14. nu. 2. & 3.*

25 Promissio facti alieni, attento iure civili, & Regio antiquo Castellæ, non obligat de-
 ptis aliquibus casibus. 1. Si quis suos hæredes aliquid duros, vel facturos promittat. 2. Si promissio fiat in iudicio. 3. Si quis promittat rem pupilli, in eo minimè seruanda. 4. Si promittens se ad aliquam pœnam astringat. 5. Quando promissio est facti illius, quem promissor cogere potest, vt fiat, & c. 6. Si promissio est matrimonij alieni. 7. Si accedat iuramentum, quæ valida est iure canonico in foro conscientiæ, & attento iure nouissimo Castellæ, *libro. 1. disputationum. 24. à numer. 1. vsque ad 10.*

26 Promittens matrimonium pro absente, & inscio, etiam iuramento præstito, non est perurij reus, sed tenetur bona fide, & absque fraude, & fictione, adhibere omnem diligentiam, quam rei qualitas exposcit. Quod si alter adhuc nolit, liber manet. Si tamè negligens fuerit tenetur per se ipsam id præstare quod alius effecturus erat. Quod si minimè possit, tenetur quantum id fieri intererat, damnaque ex ea omissione subsequuta restituere, & non implet tenens repidè, & simulatè, *l. 1. d. 24. à n. 11 vsq; ad 13.*

27 Pro-

27 Promissio facta tempore inhabili, non obligat tempore habili, *libro. 1. disputat. 50. numer. 6.*

28 Promissio de matrimonio in eundo deobligat, rebus mutatis, etiam existente in mora promittente, quoad matrimonium, licet res ante moram non essent mutatae; non tamen quoad restitutionem damni ex ipsa mora causari, *l. 2. dis. 62. nu. 5.*

29 Promittens prodigè meretrici, peccat, & tenetur adimplere, *libro. 1. disputat. 14. numer. 5.*

30 Promittens factum alienum, faciens, quod in se est, eximitur à pœna attentio iure communi, & Regio Castellæ, licet affirmasset, se cum effectu facturum. Si tamen promittens sciebat se id minime obtenturum, aut dubitabat, deceptique in eo promittendi modo, tenetur in foro conscientiae æstimationem rei promissæ restituere. Item debetur compensatio facti alieni, quando constat de animo contrahentium se volentium obligare in omni euentu, *l. 1. tota disp. 25.*

31 Promissio inter dominum, & seruum minime valet, quoad obligationem civilem; secus, quoad naturalem, *libr. 7. disputat. 24. numer. 22.*

Quarta.

1 Quarta coniugis defuncti pars bonorum debita superstiti paupertate laboranti, refer-